UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

12. Priuilegium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

Visual Library

uare talem iuriſdictionem, ſicut de facto reſeruat hodie. Reſpublica tamen Hebræorum non poteſt talia impedimenta ſtatuere, *lib.* 7. *tota diſp.* 3.

Priuilegium.

1 Priuilegium, cuius ratio ineſt vni ſoli, & inde ad alios deriuatur, eo mortuo ceſſat, *lib.* 7. *diſp.* 47. *nu.* 4.

2 Ex priuilegio Gregorij 13. conceſſo die 3. Aprilis. 1582. poſſunt ſacerdotes Societatis Ieſu deſignati per Generalem, aut eius licentia per alios ſuperiores, & à locorum Ordinarijs approbati, vel approbandi etiam nullo gradu inſigniti, literas ſacræ pœnitentiariæ doctoribus vel magiſtris deſtinatas, & auditis confeſſionibus recurrentium ad ipſos impoſita illis pœnitentia in literis expreſſa, vel de re infligẽda, eos abſoluere, ac in foro conſcientiæ quaſcumque ſibi verbo, vel ſcripto commiſſas abſolutiones, diſpenſationes, & pœnitentiarum iniunctiones excipere, & exequi, *lib.* 8. *diſput.* 34. *nu.* 11.

3 Priuilegium omnino gratis à principe conceſſum, poteſt abſque cauſa ab eo, vel ſucceſſore reuocari; niſi per illud ſit acquiſitum ius alicuius rei. Item quando priuilegium trãſit in contractum, non poteſt abſq; iuſta cauſa reuocari, exiſtenti tamen illa poteſt. Non ſufficit tamẽ generalis reuocatio. Et princeps reuocans ex iuſta cauſa tenetur recompenſationem facere dato æquiualenti, *li.* 8. *diſp.* 33. *à n.* 1. vſque ad 9.